AUGUSTINUS. ISIDORUS HISPALENSIS. REGULAE MONACHORUM
2. Hälfte 12. Jh. Seite 32r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=772
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



mensa puerorum libenter accipiunt, is cui dispensatio iniuncta est
aut consideratio debet hoc facere. Si quis autem preter illius uolun
tatem facere hoc presumit tamquam inquietus et indisplinatus,
confundetur usque quo discat loci sui ordinem custodire secundum
quod apostolus dixit. Unus quisque in quo uocatus est in eo perma
neat

Si licet unicuique ueterem tunicam suam aut
calciamentum dare cui uoluerit misericordie causa
propter mandatum.

Dare aliquid mandati gratia pro misericordia non est om
nium, sed eorum quibus istud officium creditum est. Is ergo
ad quem pertinet dispensatio siue nouum siue uetus testamen
tum ipse dat cui dare debet, et ipse suscipit a quo suscipi debet.

Si frater iunior iussus fuerit docere aliquem seniorem
secundum etatem, quomodo debet agere cum illo.

Tamquam ministerium exibens ad implendum preceptum
domini cum omni reuerentia, timens illam sentiam que
dicit. Maledictus qui facit opus domini negligenter. Ob
seruet autem ne elatus in iudicium incidat diaboli.

Si debeant peregrini intrare usque ad illa loca ubi fratres
operantur, ut etiam si alii de eodem monasterio debeant
relictis locis suis intrare ad alios preter illum cui creditum
est requirere operantes, id est ad quem operis pertinet dis
pensatio.

Si quis alius inuentus fuerit hoc faciens tam
quam interturbans disciplinam et ordinem fratrum,
a communi conuentu excludatur et omnino etiam
alicitis progressibus prohibeatur. Et sedens in uno loco in
quo iudicauerit is qui preest apto ad correptionem